



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

LVI. Vt nihil metropolitani sibi contra Synodi interdictum præsumant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

440 LEO P. I. CONCILIVM VALENTIN. MARCIANVS IMP.

ne submota , tres ab episcopis nominentur , de
quibus clerici vel ciues erga vnum eligendi ha-
beant potestatem.

L V.

Si quis sacerdotalium amore religionis se ad quem-
cumque sacerdotum crediderit conferendum ,
ipse sibi eum , quem erudiendi gratia suscepit ,
vindicabit.

L VI.

Hoc etiam placuit custodiri , vt nihil contra
magnam Synodus metropolitani sibi aestiment
vindicandum.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

* *Concilium Arelatense.*] Incertis sedibus iactatum haec tenus fuit
hoc Concilium : quod alii nimis Constantini magni , alii Con-
stantii eius filii temporibus adscripterunt . Verum , ut alia nunc omit-
tam , ex Canone Vasensi qui in eo citatur , quemque illius Vasen-
sis Concilii , quod ante decem annos celebratum est , reuera fuisse
constat , liquido patet , Concilium hoc , ut nunc quidem se habet ,
post Vasense habitum necessario dici oportere : sed quo proflus an-
no , & quibus ab episcopis celebratum sit , non liquet . De numero
etiam Canonum magna est , vnde cumque ea orta sit , in antiquis
exemplaribus discrepantia , qua triplici discrimine continetur . Qui-
dam enim codices in vniuersitatem primos tantum xxv . Canones ha-
bent , ut Pithecanus vnuus , & alter in bibliotheca Vaticana . In aliis
Canones sunt xxxiii . ut in Corbeiensi , Lugdunensi , Fossatensi , &
Tiliano Engolismensi : iidem ipsi videlicet , qui in editione sunt vul-
gata , quae est Canonum xxxvi . quatuor demptis , quos prætermittunt ,
hoc est x . xi . xii . & xxvi . In Rhemeni vero codice , quem
hoc loco repræsentamus , Canones numerantur cum titulis suis lvi .
adiecit & insertis ex Synodo Arauficana plenisque , qui in aliis codi-
cibus desiderantur . Totum enim fere Concilium ex antecedentium
Conciliorum decretis conflatum est , præsertim ex Nicæna , Arela-
tentis primæ , Vasensis , & Arauficane Synodi Canonibus .

* *Præter aniam , matrem , sororem .*] Codex Corbeiensis & Lugdu-
nenesis Græca voce , preter thiam , sororem . Synodus Nicæna Can . lli .
præter ñ dñm , id est , amitam vel materteram .

* *Ad cellarii secretum .*] Lugdunensis , ad cellarum secretum . alii , cella-
rii , ut in Concilio Agathenii Can . xi . a cellario , vel a secreto ministerio .

in